



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 3. Sustaricensis Episcopi lucubratio Regii Senatus jussu suppressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1734.

## §. III.

*Sistaricensis Episcopi lucubratio  
Regis jussu suppressa.*

Jam supra retulimus, Cardinalem  
Fleuryum firmiter statuisse, quæ-  
cumque demum scripta tam pro, quam  
contra Constitutionem *Unigenitus* ede-  
rentur, promiscue esse supprimenda:  
Enimvero Petrus Lafiteau Sistaricensis  
Episcopus nullum non movit lapidem,  
ut saltem refutationem, quam contra  
*Historiam libri reflexionum moralium*,  
necnon sua anecdota a communi hac  
nota eriperet. Multo rationum pon-  
dere exponebat ipse Cardinali, has  
lucubrationes non modo ejus consilio  
ac jussu fuisse concinnatas, sed ab ipso  
amet amplis elogiis celebratas, appro-  
batasque: Prævalebat tamen in Car-  
dinale silentii a Rege impositi severi-  
tas, & publicam tranquillitatem hac  
ratione restituendi spes ac desiderium:  
Eapropter ipso urgente Regius Senatus  
die vigesima sexta Januarii decretum  
promulgavit, vi cuius Sistaricensis Epi-  
scopi confutatio atque anecdota & con-  
futatio suppressa fuere. Idem quoque  
fatum subiere Massiliensis Episcopi  
opuscula, Tutelensis Episcopi scriptum  
dogmaticum, Clementis Parisiensis

Gg 5

Cu-



Sæc. XVIII. Curiaë Consiliarii Jansenianæ fidei  
 A. C. 1734. additissimi liber nuper editus, cu-  
 vis ejus nomen in hoc decreto  
 retur; Embrodunensis Archiepiscopi  
 epistola Pastoralis, Epistola ad  
 siasticum de justitia Christiana &  
 latio eorum, quæ circa Regii Sa-  
 decretum die vigesima sexta Janu-  
 Anno 1734. promulgatum gesta  
 Epistola Laudanensis Episcopi ad  
 chiepiscopos & Rhemensis Provin-  
 Episcopos, ac denique Epistola  
 dem Episcopi ac Ducis ad Regem

## §. IV.

*Motus contra hoc decretum.*

**H**oc Regis decretum male habere  
 ceptantes Episcopos; sacrum  
 depositum, quod Christus Dominus  
 Religionem & fidei veritatem  
 apertos ejus hostes ore & calama-  
 fendendam eis concedidit, illis per  
 modi decreta injuste auferri extor-  
 bant. Hanc ob causam novem  
 tim Archipræsules, partim Episcopi  
 justas suas ad Regem querelas de-  
 decreverunt, ac Mense Junio unum  
 nes epistolam suo chirographo  
 tam Eidem obtulere, in qua debita  
 missione exponebant, „illos, qui  
 „perum decretum promulgari